

Wache: D. S. Geist.
de vore, Mitteltheil...

Kh
041



Ar 38. Num. 4

18 17

DISSERTATIO EPISTOLICA

DE

VOCE, *Stiftsfreien*,

ET

INGENVIS MILITARIBVS
ET LIBERTINIS OLIM COLLATA,
EAQVE CAUTE ACCIPIENDA.

QVAM

VIRIS

ILLVSTRIBVS CONSVLTISSIMIS

ATQVE

DOCTISSIMIS PRAECEPTORIBVS SVIS OMNIBVS
PATRONIS AC FAVORIBVS AETERNA
PIETATE COLENDIS

GRATI ANIMI TESTANDI CAUSA INQVE BENEFICIORVM
AB HS IN SE COLLATORVM MEMORIAM SEMPITERNAM

EX SOLEMNI VETERVM FORMVLA

D. D. D.

GEORGIVS FRIDERICVS WACHE,

VCKAROMARCHICVS

MYSIS HALENS. VALEDICTVRVS.

IVR. C.

Bh 1041

P. 104

HALAE MAGDEBVRGICAE,

LITTERIS HVNDIANIS. MDCCCLXIII



FRIDERICIANAE SALINAE H. T. PRORECTORI

HIVSDEMQUE DIRECTORI

EXCELLENTISSIMO AC CONSULTISSIMO

IOANNI TOBIAE CARRACH

REGIS CONSILII INTIMIS PRAESIDI
CAUSARUM IUDICIALE ORDINARIO ET IURIS PROFESSORI
PUBLICO ORDINARIO IN REGIA FRIDERICIANA

ILLUSTRI AC CONSULTISSIMO

DANIELI WETTELBLADT

REGIS CONSILII AVLICIS ET IURUM IN
FRIDERICIANA PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO

VIRI

ILLUSTRI AC CONSULTISSIMO

PHILIPPO IACOB HEISLER

IURUM IN FRIDERICIANA PROFESSORI PUBLICO
ORDINARIO

ILLUSTRI AC CONSULTISSIMO

FRANZESIO CHRISTIANO

WESTPHAL

IURUM IN FRIDERICIANA PROFESSORI
PUBLICO ORDINARIO

VIRO MAGNIFICO
FRIDERICIANAE SALANAE H. T. PRORECTORI
EIVSDEMQUE DIRECTORI

ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO AC CONSVLTISSIMO
IOAN. TOBIAE CARRACH,
POT. BORVSS. REGIA CONSILII INTIMIS, PRAESIDI
FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO, ET IVRIVM PROFESSORI
PVBLICO ORDINARIO IN REGIA FRIDERICIANA.

V I R O
ILLVSTRI AC CONSVLTISSIMO
DANIELI NETTELBLADT,
POT. BORVSS. REGIA CONSILII AVLICIS ET IVRIVM IN
FRIDERICIANA PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO.

V I R O
ILLVSTRI AC CONSVLTISSIMO
PHILIPPO IACOB. HEISLER,
IVRIVM IN FRIDERICIANA PROFESSORI PVBLICO
ORDINARIO.

V I R O
ILLVSTRI AC CONSVLTISSIMO
**ERNESTO CHRISTIANO
WESTPHAL,**
IVRIVM IN FRIDERICIANA PROFESSORI
PVBLICO ORDINARIO.

V I R O
EXCELLENTISSIMO AC CONSULTISSIMO
**ERNESTO FRIDERICO
KNORRE,**

I. V. DOCTORI IVRIVM IN FRIDERICIANA PROFESSORI
PVBLICO EXTRAORDINARIO ET FACVLTATIS
IVRIDICAE ASSESSORI.

V I R O
EXCELLENTISSIMO ATQVE AMPLISSIMO
**ERNESTO PHILIPPO
BERTRAM,**

PHILOSOPHIAE MAGISTRO ET IVRIVM HISTORIARVMQVE IN
FRIDERICIANA PROFESSORI PVBLICO HONORARIO NEC NON
SOCIETATIS TEVTONICAE IENENSIS ET REGIAE
GOETTINGENSIS, VT ET LATINAE
IENENSIS SODALI.

PRAECEPTORIBVS ET PATRONIS SVIS
AETERNA PIETATE COLENDIS.



VIRI
EXCELLENTISSIMI PRACEPTORES
AETerno PIETATIS CVLTV
PROSEQVENDI!



gnoscite audaciae meae, ignoscite mihi, qui iam VESTRA relicturus subfella et ad patrios rediturus lares non possum non, VOBIS pro innumeris in me collatis beneficiis gratias agre immortales. Sane si quae sunt, quae pietas poscit officia, omnia ea iis deberi videntur, qui dies noctesque nihil agunt, nihil efficiunt denique, nisi vt praestantissimis scientiarum veritatibus Iuuenum animos in patriae salutem

litem et honorem Dei ter optimi maximi excolant atque exornent. Mihi vero, qui me iam inde a studiorum meorum incunabilis Themidis nostrae sacris consecraui, liquidis sane auspiciis contigit, ut e puluere et radiis scholarum infericrum a parente optimo in aliam Fridericianam VESTRIS studiis VESTRISQUE insignibus in rem litterariam meritis per omnes Germaniae partes celeberrimam ablegarer. Haec alma Musarum sedes fuit, ubi VOBIS comitibus latissimos amoenissimosque Iurisprudentiae campos non solum permeaui sed et per horridas interdum siluas VESTRA manu sum ductus. O, VOBIS sane debeo, soli VESTRO sollicito et indefesso labori debeo, si quae mihi colligere licuit scientiarum semina, quibus deus olim laetissimam segetem! O, quanta voluptate illa tempora mente resumere soleo, cum VESTRIS interesset praelectionibus! Quanta me comitate recepistis, si quid mihi forte apud vos fuit negotii! Memoria ipsa recreor, quae tam dulcis tamque grata remanet, ut eo ipso peccasse crederem, nisi, quae de VESTRA in me benigne cogitationibusque completi soleo, publice declararem, nisi publice contestarer, quanta VESTRA in me beneficia, quantaque mea in vos officia, quanta studia sint. Quod vero cum prae missa tenui aliqua tractatiuncula fiat, iam VOBIS huius rei rationem reddendam esse, necessarium duxi. Scilicet integer fere iam annus vertitur, ex quo Dissertationem, *de recta methodo docendi discendique Historiam*, sub praesidio EXCELL. DOMINI BERTRAM, cuius ex scriniis folis hoc opusculum proditurum erat, ex cathedra publica defendere, publicis ex tabulis promisi. Doleo sane,
me

me fidem datam liberare non potuisse, cum EXCELL. PRAESES, cui *multum me debere publice profiteor*, multis iisque grauissimis hucusque constrictus fuerit negotiis, me vero temporis iam angustiis interclusum causae haud leues in patriam reuocent. Quamuis caeteroquin confidam, fore multos, si qui sint, cordatiores, qui aequa animi lance rem omnem diiudicabunt, obuiam tamen eundem, quibus omnia loca abundant, maleuolis. Hinc loco eius Dissertationis publice habendae aliud scriptionis genus idque proprio Marte elaboratum edere decreui, cuius optatior sane mihi cadere non potuit occasio, ac quam VOS IPSI, VIRI ILLUSTRES, VESTRAQUE in me collata beneficia mihi suppeditarunt. Utinam vero his moliminibus sufficerent vires! Sed omnem saltim adhibebo diligentiam, meque benigno iudicio VESTRO subiiciam.

Si Iurisprudentia Romana, illud necessarium Germaniae nostrae malum, antiquitatum eorumque, quae ad leges interpretandas applicandasque facere posse videntur, indagatione indiget: maiorem sane exposcunt diligentiam, quae ad patrias leges spectant, easque ex densissimis, quibus hinc inde obrutae sunt, tenebris protrahere possunt, instituta Maiorum. Mitius hercle fatum experta sunt Romanorum Iura, leges latae sunt, promulgatae, litteris consignatae. Philosophia erat Iurisprudentiae amicissimo vinculo iuncta. Tantum itaque abest, vt Iuris Romani haud mediocri parti obductam caliginem ICTIS veteribus, summis illis Viris impuremus, vt in fatum

tum potius stomachandum. Et hoc fatum est ipsa receptio huius peregrini iuris in patriam nostram. Leges Romanae ferebantur Romanis. His in promptu erant, rerum significationes, legum ortus et causae, haec omnia non caliginosa sunt visa Romanis, qui Romanis leges tantum scribere credidere. Haec sapientissima sane gens arrogantiae solitae non eo processit, ut in mentem sibi venire pateretur, se non sibi solum, sed et aliis aliquando gentibus constituerent iura: non diuinavit fore, ut exera olim gens Romanas leges in fora et patriam receptura, ut miserrime eas factura suas, ut eo ipso caedem et sanguinem sibi vitro arcessitura sit. (a) Longe vero duriora sunt fata, quae leges expertae sunt patriae nostrae. Leges scriptas ignorabat vetus Germania, omnes erant, si a temporibus Regum Francorum discesseris, non scriptae, a iudice ad populum, a patre ad filios tradebantur. Quae inde caligo, illa quae Romanas leges obumbrat, sane maior! Posteritati plane mansissent absconditae, nisi fortuna ita sua-

(a) Quilibet, qui nexum rerum, pro eo ac debet, perspicit, quemque non fugiunt miserrimae mixturae iuris Romani et Germanici in successione Illustrum, mecum faciet. Quis illius temporis articuli immemor, cum ante II. fere decennia, caedes et mors totam Germaniam peruagarentur? Omnes me statim intelligant, si modo specialiter controuersiam, de *successione filiarum Nobilium*, inter *Perill. L. B. de SENCKENBERG*, et *Perill. L. B. de CRAMER*, ventilatam, in memoriam reuocauerint.

dente compilatae fuissent. Compilatae quidem sunt, sed ab hominibus, quibus quidem, cum nil nisi libertatem spirarent, et in legibus conseruandis patrius se-
debat animus, qui vero a litteris tamen cultioribus quam maxime alieni erant, quique omnia fere, quae posteritati mandarunt, audita acceperunt. Nonne maxima hinc efflorescit domesticarum legum obscuritatis, diligentiaeque eandem dissipandi causa? Sed e diuerticulo in viam.

Neminem credo fore, quem fugiat, si etiam Iurisprudentiam feudalem vel a limine tantum saluta-
uerit, in doctrina de personis feuda acquirentibus, quaestionem poni solere, quinam fuerint Vasallorum ordines tam apud Longobardos, quam veteres Germanos. Vasallorum apud Longobardos ordines D. D. tam Historicorum, quam legum fide (b), non tamen extra omnem dubitationis aleam cogniti sunt, quam vero felicissime mihi quidem sustulisse viderur Crebelius, in Diss. Lipsiae habita, et de *Ordinibus Vasallorum Iure Longobardico*, inscripta. Ad alteram vero quaestionem, quosnam ad Vasallos veteres Germani retulerint, non tam expedita est responsio. Quis est ab antiquitatibus Maiorum nostrorum tam alienus, vt famo-

(b) Inter Historicos hanc rem enarrat OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici I. Lib. II. Cap. XII. Leges vero, qui Vasallorum Longobardicorum ordines exhibent, sunt praeprimis I. Feud. 1. II. Feud. 10. et denique I. Feud. 7. 15. et 16.

famofiffimam illam doctrinam de VII. clypeis exercitus Germanorum (von den sieben Heerschilden) non cognitam et exploratam habeat? Hoc vetus institutum fuit, ex quo D. D. diuerfos Vasallorum Germanicorum ordines determinare, idque non sine ratione, student, cum, qui illis temporibus militiam fecerit, Vasallum fuisse, prono velut alueo sequi videatur. Sed iam omnis cura, omnisque labor in eo versatur, vt collectionum consuetudinum Germanicarum medii aevi, in quibus quippe haec doctrina continetur (c), verus eratur sensus, quo palam fiat, quinam homines illi fuerint, qui ibi ad Vasallos sunt referendi. Sunt multi, qui in hac interpretatione ingenium laudabiliter exercuerunt (d), verum, si et in

omni-

(c) Obvia est, 1) in Auct. Vet. beneficiis, Cap. I. §. 2. lqq. pag. 159. secundum Corp. Iur. Feud. SENCKENBERGIANVM, 2) In I. F. A. Cap. I. p. 135. secundum C. I. F. S. 3) I. F. S. Lib. I. art. 3. p. 181. secundum C. I. F. S.

(d) V. C. SCHILTER ad I. F. A. p. 131. lqq. LANGGVTH. de VII. clypeis feudal. Germanor. THOMASIVS Diss. de Libr. Vet. de benefic. vsu §. 11. 12. STRVIVS in hist. Iur. Cap. 8. §. 10. ZSCHACKWITZ in Meditar. circa vexatam illam de VII. clypeis materiam. Non vero desunt, qui hac materia ad exponendam doctrinam de Nobilitate, idque haud invita Minerva, vtuntur: praecipue vero eam ad militiam, sicque ad Vasallos pertinere, pater ex membrana Loudouici IV. apud Schannatum in Buchonia veteri, p. 451 Vbi ita: Weim wir denselben Borch in des Richs Namen mit dem Heerschilt gewonnen haben.

omnibus conueniant, aqua tamen vbique haeret, si, qui fuerint illi Mediocres (Medioximi, Minores, *Mittelfreien*) determinandum. Sed haec vox (*Mittelfreien*) logomachiae obnoxia est, cum alio sensu Ingenuis militaribus, alio iterum Libertinis tribuatur, quam *Perill. L. B. de SENCKENBERG* haud euitasse videtur in *Diff. de ordinibus exercitus Germanici*. Sed hac de re infra commodior erit dicendi locus.

Iam vero, vt ab ouo incipiam, mihi, quatenus denominatio, *der Mittelfreien*, Ingenuis militaribus et quatenus Libertinis conueniat, ostensuro incumbit, vt demonstrem, quinam Ingenui militares, quinam Libertini fuerint, quomodoque a se inuicem discrepent, sicque vt paucis in diuersos hominum veteris Germaniae status inquiram. Experientia teste docemur, in omnibus Rebuspublicis tam antiquis quam hodiernis necessariam (e) fere fuisse arque esse diuisionem hominum quoad potestatem dominicam in liberos, et qui tales non sunt. Sic et in Germania antiqua omnes homines vel liberi erant vel non liberi, qui vltimi et homines proprii dicuntur (f). Li-

B 2

ber

(e) Huc quodammodo respicere videtur *Diff. inauguralis* sub praesidio B. BOEHMERI habita, et *de praerogatiuis seruitutum perpetuarum prae temporariis in R. P. inscripta*, praesertim Cap. I. Exstat in *III. G. L. BOEHMERI Exercitat. ad 7 T. III.*

(f) Non dixi simpliciter seruos, cum non omnes, qui in respectu ad dominicam potestatem non sunt liberi,

non

beri vero, vel erant tales, qui libertate a parentibus
vtriusque lineae *saltem* primi et secundi gradus inge-
nita fruebantur (g), et quibus hoc non dederat fa-
tum (b). Priores *Ingenii*, posteriores *Libertini* dicti.

Inge-
non statim sint serui. Seruus apud Romanos longe
quid aliud erat, ac ens in aliis R. P. illi fere simile v. e.
in Germania homines proprii. His enim qui confert
notionem serui Romani, dicit, quod dicere nec vult
nec potest.

(g) Auctoritate Elegantissimi de SELCHOW commotus Inge-
nuos ita definiui, qui in eleganti libello de iuribus a
Stat. Ingen. pendunt. Cap. II. §. 3. hanc definitionem
suppeditat vel ex ipsis veteribus Germanorum legibus
constructam. Ego vero, qui sub *Ingeniis* hic sen-
su generatiori sumtis et Nobiles illos veteres com-
prehendo, eam adposita voce *saltem* paulo latiore
posui, quo membro diuisionis sua constet ratio, et
omnis contradictio evitetur.

(b) Iam iterum latiore suppedito, ac vulgo fieri solet, Li-
bertorum definitionem. Seio equidem, D.D. notio-
nem Liberti Germanici eadem mensura metiri, qua
notionem Liberti Romani, nimirum ex manumissione.
Sed quis est, qui nesciat, homines proprios et per prae-
scriptionem se in libertatem vindicasse? Confer. Ill. de
SELCHOW l. c. §. 2. vt et in Elem. Iur. Germ. §. 227.
Ibique ab ipso allegati. Cui vero hoc argumentum ius-
sisto leuius videtur, eum ablegare mihi liceat ad com-
mentatiunculam meam, *Periclitatio delineationis com-
munitatis sententiae de origine Nobilitatis inferioris*, inscri-
ptam et publici iuris faciendam, si Deus, Patroni et
rerum

Ingenui iterum abibant in tales, qui praerogativa sanguinis hereditaria prae aliis in R. P. ordinibus eminebant, et dicebantur *Nobiles*, vel non, qui *Ingenui in specie sic dicti* vocari possunt. Ingenui in specie sic dicti vero, vel ad certa officia praestanda hereditario modo et mediante salario obligati erant, vel non. Si prius, *Ministeriales* (2) dicebantur, *Ingenui militares* vero, si posterius.

Exposita iam, quantum sat erat, diversorum hominum olim in Germania statuum, et imprimis, qui hic utramque paginam faciunt, Libertorum seu Libertinorum (prout vel ad R. P. vel ad priorem dominum respicimus) et Ingenuorum militarium naturam et indolem, ad rem propius accedere necesse est. Principio itaque videamus, an de nominatio *der Mittelfreien*, tam Libertinis quam Ingenuis militibus collata fuerit, quo facto demonstrandum erit, hoc nullam inuoluerit contradictionem, nec esse absurdum. Prodeat igitur primo Annalista Saxo apud ECCARDIUM p. 243. ita scribens: *ex Gallia Principes conflunt, mediocres etiam multo fauore conueniunt.*

B 3

Sub-

rerum periti permiserint, ubi hanc materiam pluribus persecutus sum.

(2) Ministeriales ad Ingenuos solos refero cum III. ESTORRE in Comment. de ministerialibus Cap. I. §. 18. quia sic dicti Ministeriales Regni ex Nobilium nimirum Ordine lecti, non vere proprieque sic dicti Ministeriales erant, prout III. ESTORRE l. c. fusius docet.

Subiungam statim PEZIVM in Scriptor. Austr. Tom. I. et quidem in Chronico Salzburg. p. 368. ubi mentio fit *Militarium minorum dictorum de WEISBACH*, a quibus p. 409. curate fecerunt *Ministeriales utrosque*. En! testimonia fide dignissima, quibus Ingenui militares expressis verbis, *Minores, Mediocres*, id est vernacula lingua *Mittelfreie*, vocantur. Sed ulterius haec asserta perlustremus. Apud ECCARDVM adducto loco Principes sollicitè distinguuntur a Mediocribus. Sola itaque restat quaestio, quinam illi Principes fuerint, quinam illi Mediocres? Sed omni superledere possum anfractu, dum quilibet, qui aliqua tantum patriarum rerum noticia imbutus est, satis superque cognitum habet illius aevi morem, cum Nobilibus illis variae denominationes tribuerentur, quae tamen non nisi vnum idemque denotabant. Sic mox Ingenui et Liberi *kar' & lox'n*, mox liberi Domini mox Principes vocantur (k). Principes itaque hi nostri, cum Nobiles sint, porro quaeritur, quinam illi mediocres? Statim nobis auxilio est locus PEZII, qui respondet, eos Ingenuos militares fuisse, dum de Mi-

(k) Confer. FELIX MALLEOLVS de Nobilitate Cap. 14. BRUNO de bello Saxonico apud FREHER. Tom. I. rer. Germ. p. 179. edit. nov. Ius Alem. Prov. autem ita: Hier sol man merken dreyerley freyen Leute, welche recht die haben. Es heissen eins semper Freyen, das sind die freyen Herrn als Fürsten, und die andern Freyen zu man haben. Das ander sind Mittelfreyen, das sind die der hohen Freyen mann sind. Das drit sind, die freygebohren sind, die heissen frey landsassen.

nisterialibus in sequentibus separatim loquitur. Sed dixerit quispiam, cur non Libertini, hi etiam Mediocres vocantur? Huic statim occino illud Taciti, *Romanis semper Germanica comparatis*, Cap. 25. *Liberti non multum supra seruos sunt, raro aliquid momentum in domo, nunquam in ciuitate* etc. Et quis est, cui non constet, militiam, a qua omnes, qui non Ingenui sensu latiori (per super.) erant, excluderentur, vnicam Ingenuorum praerogatiuam fuisse, adeo vt inde Ingenui in specie sic dicti, qui non Ministeriales erant, Militares *κατ' ἑξῆς* cognominati sint. Vindicata sicce Ingenuis militaribus Mediocrium, der *Mittelfreien*, denominatione, videbimus, ante Libertinis, quibus tamen eam L. B. de SENCKENBERG Diff. cit. prorsus denegat, aequè felici successu vindicari queat. Audiamus itaque Ius Prov. Alem. Cap. 49. vbi ita pronuntiat: *Ingenuus, das spricht in Latein der höchstfrey, und Libertinus Mittelfrey*. Quid hoc testimonio euidentius? In casum sane laborarem, hoc vterius persecuturus.

His itaque cum satis superque ostensum sit, vtrique et Ingenuo militari et Liberto denominationem der *Mittelfreien* olim collatam fuisse: superest, vt qua ratione id sine contradictione fieri potuerit, paucis exponam. Conferam vero me prius ad *Perill.* Aduersarium meum L. B. de SENCKENBERG. Huic in Diff. cit. de ordin. exercit. Germ. §. 17. Spec. Alem. quam maxime stomachum mouet, cum Cap. 18. *Libertos Mittelfreie* dicit. Quamuis vero in eadem Diff. §. 10. ZSCHACKWITZIVM l. c. in eadem hac mate-

materia summa imis miscere affirmet, ipse tamen aequè contentus est, si sine vlla sententiae suae probatione §. 17. Not. a in Spec. Alem. ita praecipitur: *eos enim Libertinis accenset* (scilicet speculum) *hoc vero est stultescere non nugari. Stultescit autem ex aevi more, ubi Ingenuus erat Baro, licet multis modis Romano Ingenuo dissimilis.* Licet itaque Perill. Aduersarius Libertinis denominationem der *Mittelfreien* prorsus deneget, ex adducto tamen §. 17. nondum videri licet, quosnam alios Vir summus sub *Mediocribus* intellectos velit. Mittam ergo haec et ulterius progrediar ostensurus, summa ratione hanc denominationem et Ingenuo militari et Liberto tribui potuisse. Nimirum illius status, huius vero natales et conditio docent, quomodo id potuit fieri. Etenim primo quod Ingenuos militares attinet, ii erant intermedii, ut ita dicam, homines inter veteres illos Nobiles et Ingenuos Ministeriales, prout ex superioribus liquet. Nam si ad Nobiles respicimus, *fere* nullos alios videmus, ac dominos bonorum allodialium, quae nexui feudali non suberant. Si deinde ad Ministeriales nos conuertimus, non offendimus solum eos, qui gravi obnoxii erant obligationi, sed et quorum insuper conditioni in respectu ad alios Ingenuos aliqua macula seruilis adhaesit, id quod omnes Germanistae docent. Postremo vero, si Ingenuos militares consideramus, eorum conditio quidem plane non adstricta erat, nec macula seruili laborabant, nexui tamen feudali *plerumque* suberant, nec possidebant allodialia bona. Ex his euentissima nascitur ratio, Ingenuos militares ob statum suum inter Nobiles et

Ministe-

Ministeriales intermedium omnino **Mittelfreie** vocari posse. Sed quid de Libertinis dicendum? Prouoco iterum ad Taciti locum supra allegatum. Libertini, quippe libertatem affecuti, non amplius erant quidem serui Germanici, id est, homines proprii, non tamen cum libertate Ingenuitatem illam Germanicam assequerantur, qua Maiores nihil antiquius habuere, nihil prius. Ius militiae, summum illud ius, iis interdictum erat, nec munera siue rogata, siue sagata gerere vnquam poterant. Hinc cuilibet patet, qua ratione et hi, **Mittelfreie**, dici potuerunt. Scilicet intermedium hominum genus erant inter homines proprios et Ingenuos sensu latiori sumtos.

His demum, qualiacunque fuere, absolutis, tempus vrget, vt filium abrumpam. Superfunt quidem multa, quae dici possunt et potuissent, sed finis memor me iterum ad vos conuerto, **VIRI ILLUSTRES, PRAECEPTORES OPTIMI**, praesertim **TE** compello, **MAGNIFICE FRIDERICIANAE PRORECTOR, ILLVSTRISSE CARRACH**, **TVA** insignia in Fridericianam et totum orbem litterarium merita quemlibet in **TVI** ad mirationem rapiunt, me vero ad piam **TVI** venerationem compellunt. Permittas, **VIR EXELLENTISSE**, vt optatissimam mihi oblatam occasionem arripiam, permittas, vt **TIBI** munus amplissimum **DIRECTORIS FRIDERICIANAE**, ab augustissimo Rege nostro clementissime **TIBI** demandatum pia mente gratuler. O felicissimam Fridericianam, quae sub **TVIS** regetur auspiciis! Deum immortalem precor, vt **TE** in

C

huius

huius amplissimi muneris et almae Fridericianae splendorem longissime seruet, vt TE secundo vitae sine vlla offensione cursu semper saluum praestet atque incolumem, vt, si deficiente aetate ipsa senectus obreperit, omnes aetatis molestias abstergat, et ita dirigat omnia, vt suaue TIBI inde gaudium efflorescat. Sic tandem si vitae satisfeceris, votorum TVORVM omnium conuincaris, vt, quae in his terris esse potest felicitate perfructus, fausto veluti fidere ex hac longissima nauigatione aeternae felicitatis appellere possis portum exoptatissimum. VOBIS omnibus, VIRI ILLVSTRES, PRAECEPTORES AETERNA PIETATE COLENDI, gratias ago maximas pro tot tantisque mihi collatis beneficiis nunquam apud me intermorituris. Deus vos conseruet semper incolumes, in almae Fridericianae et totius R. P. litterariae commodum et splendorem vos seruet Omnipotens! Iam e conspectu VESTRO, e VESTRIS discedo subselliis, dulcem hanc iucundissimamque mihi Musarum sedem relinquo. Vnicum idque vltimum superest, vt vos etiam atque etiam rogem, velitis me et absentem VOBIS habere commendatissimum, meque in posterum etiam, si merui, patrocinio VESTRO dignari. Valet! Halae Salicae, d. v. Octobr.

M D C C L X I I.



huius amplissimi muneris et alicuius Fridericianae splen-
 dorem longissime ferret, ut re secundo vixit line
 vlla occasione cursum semper saluum praestaret atque
 incolumem, ut si desiderante aetate ipsa sanctius ob-
 reptur, omnes aetatis molestias absgerat, et in di-
 rigat omnia, ut suavis tibi inde gaudium efflueret.
 Sic tandem si vixit laetificetur, votorum tuorum
 omnium committaris, ut, quae in his rebus esse pot-
 est felicitate perficiat, tanto veluti fidere ex hac
 longissima navigatione aeternae felicitatis appellere
 possis portum exoptatissimum. Votis omnibus, VI-
 RI ILLUSTRES, PRAECEPTORES AETERNAE
 PIETATE COLLENDI, gratias ago maximas pro tot
 tantisque mihi collatis beneficiis nundam quod me
 intermorituris. Deus vos conseruet semper incolu-
 mes, in alicuius Fridericianae et totius R. P. litterariae
 commodum et splendorem vos ferret Omnipotens!
 Iam e conspectu vestro, e vestris dilecto subel-
 liis, dulcem hanc incurvissimamque mihi Mularum
 sedem relinquo. Vnicum idque vicinum superest, ut
 vos etiam atque etiam rogem, velitis me et adien-
 tem vobis habere commendatissimum, meque in po-
 ssum etiam, si merui, patrocinio vestro digni-
 ti. Valtet! Halse Salicae, d. v. Octobr.

M DCC LXXII






(X2313678)



Kh 1091







18 17

Pi 38. Num. 4

DISSERTATIO EPISTOLICA

DE

VOCE, *Stittelfreien*,

ET

INGENVIS MILITARIBVS
ET LIBERTINIS OLIM COLLATA,
EAQVE CAVTE ACCIPIENDA,

QVAM

VIRIS

ILLVSTRI BV S CONSVLTISSIMIS

ATQVE

DOCTISSIMIS PRAECEPTORIBVS SVIS OMNIBVS
PATRONIS AC FAVORIBVS AETERNA
PIETATE COLENDIS

GRATI ANIMI TESTANDI CAUSA INQVE BENEFICIORVM
AB HS IN SE COLLATORVM MEMORIAM SEMPITERNAM

EX SOLEMNI VETERVM FORMVLA

D. D. D.

GEORGIVS FRIDERICVS WACHE,

VCKAROMARCHICVS

MVSIS HALENS. VALEDICTVRS.

IVR. C.

P. 104

Bh 1041

HALAE MAGDEBVRGICAE,

LITTERIS HVNDIANIS. MDCCCLXIII

